Vol. 6 986
Leg. 7. N.o 1 - §. 196 - 2.o
98-4-2
P090516

1

~~1229~~

Hoc est translatum bene fideliter factum nono kalendas Aprilis anno domini millesimo ducentesimo vigesimo nono. In nomine domini Ego Ermesendis gratia dei Comitissa. Magnum mihi, et quod satis licitum esse videtur domum dei ædificare et quod de rebus meis honorare, atque concedere, audivi enim in plerisque scripturis quod Elemosina a morte liberat animam, et quod domino docente in Evangelio, date Elimosinam et quod ecce omnia munda sunt vobis Propterea placuit et quod placeat in amicis meis nullis cogentis imperio, nec suadentis ingenio sed propria et spontanea hic elegit mea bona voluntas ut carta donationis fecisse sicuti, et facio ad domum Sancti Saturnini Zinstij qui est fundatum in Comitatu Urgello juxta amne Valerie aliquid de alaudem meum propter remedium anima mea, ut ante ibi Mater domini nostri Jesuchristi veniam merear accipere, et est ipsum alaudem in jam dicto Comitatum Urgello infra termi-

minos, et Parrachias sancte Eugenie, et sancti felicis in locum quod dicitur Laguna. Sive et affrontat predictum de una parte in flumine Valerie, et in monte Carchar, de duabus parte in terra de Criman, et de tertia in via quadrat ad yel, de me donatore quantum infra istas affrontationes includunt sicut dono domino Deo et predicto Cenobio francum, et liberum, et cum decima, et primitia sicut modo habeo, vel habere debeo, et advenit mihi per vocem viro meo nomine Raymundo Comitis incliti marchionis ab omnia quecumque voluerint facere, et sic de meo jure trado in dominio, et potestatem Sancti Saturnini Cenobij, et habitatores ejusdem loci ut orant pro me, et viro meo nomine Raymundo jamdicto, et omnibus parentibus meis, et siquis de jure eorum disrumpere temptavit aut disrumperit iram dei incurrat, et sanctorum ejus et sit anathema atque in infernum damnatus maneat. facta ista Carta octavo Kallendas Martij anno vicesimo quarto Regnante Rochberto Regem

filium condam Vgoni Magni.

✠ Ermesendis gratia dei Comitissa, Que ista donationis pagina libenti animo facio dabali manum nostra insignie, et signiri jussi.

Sig ✠ num Guiradallus. Preicebus coquorum

Sig ✠ num Geralldi.

Sig ✠ num Marchiallis prolis Mironi

Sig ✠ num Francho

Sig ✠ num Arnaldi Icardi juro

Arnaldus Icardus Scrivista rogatus scripsi et die, et anno quo desupra R. A.

Ego Raymundus Vitalys scriptor domine Comitisse Qui hoc translatum scripsi et hoc signum feci.

Sig ✠ num mei Antonij Reart Domiselli S. C. ac Regiae Magestatis Mandati Scribae Coronae Aragonis cum exercicio in presenti generali ciumtenentia Cathaloniae in eademque locumtenentis Protonotarij ac Regij Archivarij Quidquid modi Copiam aliena manu in ijs duobus presenti comprehenso papiri folijs scriptam extraxi a quadam pergamenea Charta de N.º XXVj recondita in Regio Archivo Barcinonae in Armario Vrgelli in sacco de littera A. Quam cum suo originali comprobavi et clausi solito suo supra meo apposito

N. 62 sac. A.

GOBIERNO DE ARAGON

signo. In quorum testimonium presentem sigillo Regio ponendo apponi solito in legalitationibus instrumentorum in posse meo existenti munivi. Barcinone sextimo die mensis octobris anno a Nat.te Domini Millesimo sexcentesimo sexagessimo secundo.

Urgel
Don.on por la Cond.sa D.a Ermesenda de cierto alodio en el lugar llam.do la Laguna, al conv.to de S.n Saturnino

Arag.n y Cath.a n.o 27

Donacion hecha por la S.a Condesa de ~~Urgel~~ Barcelona D.a Ermesenda de cierto alodio en el Lugar llamado la Laguna, a favor del Combento y Religiosos de San Saturnino de Tenebris en el Condado de Urgel: año de 1662 ante Antonio de Reart Notario pp.co